Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



equo animo eam subierit: iam nihil refert: sed fit: ut nihil a
liud ex virtute capiatur: nisi gloria: Sed hec aut supiuacua & breuis
est: Aut prauis hominū iudicijs non sequetur: Nullus igitur ex vir
tute fructus est: ubi virtus mortalis est & caduca: sed qui hec loquuntur
vmbram quādam virtutis uidebant. ipsam virtutem non uidebant
Defixi fuerunt in terram. ne uultus suos in altum erigebant: ut eam
possent intuen: que sese celi regionibus ostentabant: Hec causa est: cur
preceptis eorum: nullus obtemper: Quoniam ad uitia erudiūt: si vo
luptatem defendunt: aut si virtutem asserunt neq; peccato penā im
nantur: nisi solus turpitudinis: neq; virtuti ullum pmium: polliceā
nisi solus honestatis & laudis: cum dicant non pp aliud: sēp seip
sam expetendam esse virtutem: Beatus est igitur sapiens in tormentis:
sed cum torquetur pro fide. pro iustitia. pro deo. illa patientia doloris be
atissimum faciet: Est n. deus: qui solus pōt honorare virtute: cuius in
cesi immortalitas sola est. quam qui non appetiunt: nec religionē tenent:
cui eterna subiacet uita: profecto neq; virtutis eum sciunt: cuius pre
mium ignorant: neq; in celum spectant: quod ipsi se facere putant: cui
rei non uestigabilem querunt: qua ratio celum spectandi nulla est alia:
nisi aut religionem suscipere. aut animam suam immortalem esse credē
Quisquis n. aut colendum deum intellit. aut immortalitatis spem pro
positam sibi habent: in eis enim celum est: & licet id non aspiciat oculis
animi tamē lumine aspicit: Qui autē religionem nō suscipiunt terre
nisi sunt: Quia religio de celo est: Et qui animam putant cum corpe in
terire: eos in terram spectant: Quia ultra corpus: quod est terra: nihil
amplius uident: quod sit immortale: Nihil igitur prodest: ut factum esse ho
minem: ut recto corpore spectet in celum: nisi erectus mente deum cernat:
& cognitio uere eius in spe uite ppetue tota uersetur:

Quapp nihil est aliud in uita: quo ratio. quo conditio ima ni
tatur: nisi dei: qui nos genuit. agnito & religiosus & pius
cultus: Vnde qm & phi aberrauerunt: sapientes uiri nō
fuerunt: Quesierunt illi quidem sapientiam: sed qm non ut debuit
prolapsi sunt longius: & in tantos errores inciderunt: ut & omnino
sapientiam non tenerent: Non n. tantum religionem asserere volue
runt: verum & subtulerunt: dum spere fuisse uirtutis inducti cona
tur animos omni metu liberare: que religionis euersio: nature nomen
inuenit: Illi n. cum aut ignorarent: a quo effectus mundus aut persuadē
dere uellent: nihil esse nisi diuina mente perfectum naturam esse dixerunt